



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Hexaēmeron Hē Toi, Kosmourgia, Georgiou tou Pisidou  
diakonou ...**

**Georgius <Pisida>**

**Lutetiae, 1585**

De cæli conuersione

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70102](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70102)

330 Aut concitet pugnae asperae cladem horridam:

At cursus omnium ordinatus ritè sit,

Et nil sub aspectum cadat iuris sui:

Naturaque omnis condita vni seruiat,

Nec, vinceta, solui vinculis possit suis:

Neu transfiliat vnquam datos fines sibi,

(Nisi tu ipse commutationis autor es,

Nam quid iuuent offensiones, prospicis)

Manuum tuarum opus, quae opifices † maximae:

Nè ve omne mutari genus, & inducere

340 Turbas ruinis orbis ingentes queat:

Nec rursus immotum maneat, at limites

Necessitatis occupet, ne temporis

Lapsu aestimetur res creata quis Deus.

Lunae quis almam, Solis aut stellam videns

Defectionis subijci laboribus,

Natura ab optima magistra haud percipit,

His luminibus vllas tenebras non fore,

Ni inducerent eas patibiles lampades?

Quis ve vnum & idem sidus acri lumine,

350 Modò Phosphorum, modò Vesperum, si perspicit,

Hoc nesciat, binorum opificem cursuum,

Lucis prophetam, noctis esse nuncium?

Quis maximū hunc caeli ambitum circumspicit,

Rapidissimam conuersionemque illius,

Tum siderum quaeque ampliora lumina,

Cum nunc ad Aquilonem, iam ad Australem plagam

Excursione, aut transitu, flectunt iter:

Philo Iud.  
lib. de x.  
praec. Dei.

Manus Dei  
opifices ma-  
ximas appel-  
lat, vt pro-  
pheta regius  
psal. 8. opera  
digitorum  
Dei caelos  
vocat.

De Solis &  
Lunae de-  
fectu.

De Veneris  
stella, Lucife-  
ro & vespero,  
cui Arist. 5.  
Eth. iustitiam  
comparat.

De caeli  
conuersione.  
psal. 18. 88.  
135.

D ij



PISIDÆ, MVNDI OPIFICIVM.

Aut aëris perfusi abyssum maximam,  
 Hic frigore gelidam, calore hic torridam,  
 Incurfionibus & coactis subditam,  
 Essentiam immutabilem animo cogitans,  
 Quod semper immutatur, haud seruum æstimet?

360

Quidquid  
 mouetur  
 magis pēdet  
 è vi mouēte,  
 quàm cōtrā.

Quis grādinem, aut æstum, vel atrum nubilum,  
 Ignēsve iaculatos, fauillāmve humidam,  
 Terram trementem, mox remissāmve intuens,  
 Ignoret esse subditum tam agibile?

De Mari.

Quis tot procellis concitum Mare aspicit,  
 Nec cernit illud, more fugitiui viri,  
 Extra refugiens, ac retentum intra alucum?

Pfal. 95.  
 Basil. hom. 4  
 in Hexaem.

Hoc, sæpius feruore adustum frigido,  
 Ac turbulentis fluctuum concursibus,  
 Quasi Mænas insana & furens, toto impetu  
 Circumfluum allidit solo, iraque æstuans,  
 Audentiùs dilatat os vasti æquoris,  
 Et miscet vndas murmure, & spumam exspuit,  
 Labrisque circumfunditur viridi salo:

370

Ac fluminum plerasque scatebras hauriens,  
 Salsuginem crudam è profundo proijcit:  
 Turbatum at ingluuie suæ temulentiaë  
 Effringere obices tentat, atque excurrere,

380

Pfal. 32. &  
 88.

Sed truditur, sistitque percussum metu:  
 Nec vda verò transit vndarum ostia,  
 At labitur retrò supinis fluctibus,  
 Vt famula quæ suis retrahitur crinibus:  
 Si quidem est coërcitio creaturæ utilis,

Quò